Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26566
Copyright: Admont, Benediktinerstift

a subsequenti tamen dominica iuxta assertionem sancti am
brosii et sancti gregorii et aliorum sanctorum patrum xlmam pre
cedimur. Nullum autem commoveat quod tempore heinrici
imperatoris secundi xii episcopi mogontie congregati aliter
de hoc ieiunio statuisse leguntur. Cum enim apud
ipsos non modica varietas de huiusmodi ieiuniis
accideret eo quod antiquam sanctorum patrum traditionem in
hac re minus adtenderent, pro huiusmodi confusione
corrigenda hanc sibi regulam proposuerunt: ut de
inceps in prima IIII feria martii et in.ii. xvii
et in.iii. septembris omni anno ieiunarent. Sed hec
regula apostolice auctoritati preiudicare non debet
nec potest, presertim cum evidentissime statutis
sanctorum patrum videatur repugnare. Sin predictam
regulam annuatim observarent, multotiens non
solum ante xlmam sed ante lmam prohibitum est illud quod in
fra xlmam in prima xlme septimana semper celebrari
decernunt. Indubitanter quoque refutare debemus. unde
totius christiane religionis et ordinis exordium et for
mam accepimus. Nec mireris hoc ieiunium potius
martio quam februario ascribi, quamvis et in februario